

2. Ant.  
4. e

C rédo vi-dé-re \* bóna Dómi-ni in térra vi-vénti-um.

## PSAUME 26

## CONFIANCE AU MILIEU DES PÉRILS

Voici la demeure de Dieu parmi les hommes (Ap 21, 3).

Dóminus illuminá-ti-o me-a, et sa-lus me- a, \* quem ti-

mé-bo? *Flexa* : di-e ma-lorum. †Dóminus protéctor *vitæ* meæ, \*  
a quo *trepidábo* ?Dum *apprópiant super me nocéntes*, \*  
ut *edant carnes meas* ;Qui *tribulant me et inimíci mei*, \*  
ipsi *infirmáti sunt et cecidérunt*.Si *consístant advérsus me castra*, \*  
non *timébit cor meum* ;Si *exsúrgat advérsus me proélium*, \*  
in hoc *ego sperábo*.Unum *pétii a Dómino, hoc requíram* : \*  
ut *inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ*,Ut *videam voluptátem Dómini* \*  
et *visitem templum eius*.Quóniam *occultábit me in tentório suo, in die malórum*. †  
*Abscóndet me in abscóndito tabernáculi sui*, \*  
in *petra exaltábit me*.Et nunc *exaltáture caput meum* \*  
super *inimicos meos in circúitu meo*.Immolábo in tabernáculo eius *hóstias vociferatiónis*, \*  
cantábo et *psalmum dicam Dómino*.Exáudi, Dómine, *vocem meam, qua clamávi*, \*  
*miserére mei et exáudi me*.De te *dixit cor meum* : †  
« *Exquírite fáciem meam !* » \*  
*Fáciem tuam, Dómine, exquíram*.Ne *avértas fáciem tuam a me*, \*  
ne *declines in ira a servo tuo*.Adiútor meus es tu, ne *me reicias* \*  
neque *derelinquas me, Deus salútis meæ*.Quóniam *pater meus et mater mea dereliquérunt me*, \*  
Dóminus *autem assúmpsit me*.Osténde mihi, Dómine, *viam tuam* \*  
et *dirige me in sémitam rectam propter inimicos meos*.Ne *tradideris me in ánimam tribulántium me* ; †  
quóniam *insurrexérunt in me testes iníqui* \*  
et qui *violéntiam spirant*.Credo *vidére bona Dómini* \*  
in *terra vivéntium*.Exspécta Dóminum, *viríliter age*, \*  
et *confortétur cor tuum, et sústine Dóminum*.